UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Calepinus Ad librum

Calepino, Ambrogio

Venetijs, 1509

P ante U

urn:nbn:de:hbz:466:1-97861

Visual Library

P ante T

indꝗt Ply.li.vij. quoꝝ̄ corpori ĩgenitũ fuit virus exitiale ſerpẽtibus. Scribit Plutar. Catonẽ iter ꝑ deſerta libyes faciẽtẽ ſecũ pſyllos duxiſſe q̃ morſib⁹ ſerpẽtũ mederent̃ ptiꝫ ore trahentes venenũ. partim ſerpentes cantibus medicantes.
Pſycomãtium: locus vaticinij: vbi fiebat maniũ euocatio ψυχὴ enim anima ⁊ μαντεία diuinatio.
Pſimmythium dr̃. qȯ nos ceruſam nominamus fit ex plũbo.
Pſitta. piſcis gñs quẽ nos paſſerẽ vocamus. Ariſtoteles Torpedo occulit ſe ⁊ paſtinaca ⁊ aſcell⁹ ⁊ rana ⁊ pſitta ⁊ ſquatina.
Pſittacus. papagallus vulgo dr̃ auis ex india q̃ vocẽ humanaꝫ ſup omnia reddit ⁊ quidem ſermocinãs. Mar. Pſittacus a vobis illoꝝ̄ nomina diſco. Hoc per me didici Ceſar aue.
Pſycholutres. dr̃ q̃ frigida aq̃ corp⁹ lauat: ⁊ balneo frigido letatur. ψυχος frigus λουτρον balneũ ⁊ lauachrũ. vñ fit pſycholutres. qȯ ſigt̃ lauacri frigidi cultor. Sene. li. xij. epl̃aꝝ. Ille tantus pſycholutres q̃ kl̃is ianuarijs euripum ſalutabam.
Pſydracion genus puſtularum ſubalbidarum acutarumqꝫ.
Pſythium genus paſſi.
Pſyria inſula iuxta chium.
Pſole. latine preputium. Auctor in Priap. Pſoleon. ille vocat quod nos pſoloenta ceraunon.
Pſophis. idis. nomen ciuitatis pſophide Ericys ſicani filia. Oui. lib. v. me. Uſqꝫ ſub orchomenon pſophidaqꝫ cylleneq̃ꝫ Sũt ⁊ alie pſophides multis locis. Uerũ archadice pſophidis nomẽ vetus reddũt phegeã a cõditore impoſitã phegeo Alphiſibei filio niſi quis a phaginea glãde potius exiſtimet.
Pſora. cutis aſpitas ⁊ ſquamoſa ⁊ videtur alia a ſchabie cum Ply. li. ij. dicat. Arida cũ reſina in petiginẽ ⁊ ſcabiẽ quã pſoram ⁊ lichenas vocãt ſanat. Fit aũt a ψω ſcalpo. Nam qui pſora laborãt vlcera ſiue puſtulas ſupra modum contingere palpare ⁊ ſcalpere cupiunt.

P ante T

Pte ſyllabica adiectio. Quere in dictione Met.
Ptera. ſiue vt Uict. appellat pteromata in tẽplis muri duo ſũt ait Stra. lib. xvij. ad altitudinẽ eorum vtrinqꝫ ſurgentes ita dicti ꝙ alarum ſpecie quaſi protegant.
Pterygiũ. in oculis vocat̃ mẽbranula quedã neruoſa q̃ oriens ab angulo: vel a nariũ: vel tẽporũ pte ad coronã vſqꝫ interiꝫ ⁊ pupulaꝫ operit. Ply. li. xxxiiij. Cathinie effectus ſiccare ſanare ſiſtere fluitiones pterygia ⁊ ſordes oculorum purgare. Pterygiũ vȯ in digitis apud Paulũ Eginitã ẽ cum caro excreſcit ptẽ illã cõtegẽs q̃ ẽ in vngue. Pterygiũ inqꝫt appellat̃ qȯ vitiũ ex paronychia fere naſcit̃. At Celſus pterygion dicit eẽ cũ recedit ab vngue carũcula cũ magno dolore. Uidet̃ n. diminutiuũ eẽ ab πτερον ideſt ab ala quã tũc videt̃ efficere caro ab vngulis diſcedens. Ply. li. xxiij. Illinitur eadeꝫ cũ fico ⁊ pterygijs digitoꝝ̄ ex vino. Hec in oculi ſuperficie. Idem. Cum etiam cum oleo paronychias ⁊ pterygia tollit.
Pterna vocat̃ pars inferior naualis veli circa mediã fere Trachelon. ſumma pars carcheſium nominatur.
Pterophoros: eſt regio apud ripheos mõtes. Ibi credunt̃ eſſe cardines mũdi extremiqꝫ ſyderum ambitus.
Ptiſana. pe. p. hordeũ decorticatũ: vel hordei ſuccus ſiue aqua apud Col. videt̃ eẽ pultis genus ex farina hordeacea in q̃ eſt maxima vis reſtaurãdi vires ⁊ nutriẽdi apȯ grecos πτισανη apud latinos ptiſana ꝑ ſimplex. ſ. Hinc ptiſanarium ꝓ vaſe in quo coquitur: vel tunditur. Hor. in Ser. Quid ceſſas agedum ſume hoc ptiſanarium oryze.
Ptolomeus nomẽ propriũ Lagi gregarij militis filij q̃ maxime auctoritatis fuit apud Alexandrũ macedonẽ: poſt cuius mortẽ egypto ⁊ aphrica ⁊ magna arabie parte potitus regnauit annis. xl. a quo oẽs deinceps egyptij reges ptolomei appellati ſũt. Hic frequentiſſime apud amicos ⁊ cenabat ⁊ dormiebat. Qȯ ſi aliq̃ñ cenã pberet rebus illoꝝ̄ vtebat̃. Acceſſebat enĩ ſcyphos ſtrata ac mẽſas. Ipſe pter neceſſaria poſſidebat nihil: q̃n alios locupletes facere regale magis eẽ dicebat ꝙ̃ locupletari Et ẽ nomẽ a greco deductũ. Greci quippe πτολεμεῖν και πολεμεῖν ꝓ pugnare dicũt. Sic igit̃ ab πτολεμω Ptolemeus dr̃ ſicut ab τιμαω qȯ ẽ honoro. Timeus. Hic duos habuit Ptolomeũ Philadelphũ ⁊ Ptolomeum ceraunũ Philadelphus ĩ regno ſucceſſit vir doctiſſim⁹ Stratonis diſcipulus q̃ bibliothecã illã celeberrimã fecit q̃ vſqꝫ ad primũ alexandrinoꝝ̄ ⁊ romanoꝝ̄ bellũ durauit. Regnauit annis. xxxviij. Cui ſucceſſit Ptolomeus cognomẽto Euergetes qȯ latine dici benefic⁹ põt. Hic. xxvj. annis regno potitus morit̃. Cui ſucceſſit Ptolomeus philopater. xvij. annis regnãs. Poſt cũ ptolomeus epiphanes q̃ annis. xxiiij. regnauit. tũ ptolomeus philomater. xxxv. Deinde ptolomeus euergenes. xxix poſtea ptolome⁹ phiton q̃ ⁊ Soter. xvij. Poſtremo ptolome⁹ dionyſi⁹ q̃ caput magno põpeio abſcidit. Fuerũt ⁊ alij h̃ noĩe vt pyrrhi regis fili⁹. ⁊ Cypꝛioꝝ rex qui ſuis diuitijs romanũ locupletauit erariũ. Itẽ aſtrologus natiõe egyptius q̃ Traiani ⁊ Hadriani tẽporib⁹ floruiſſe ꝯſtat.
Ptolome⁹. a. ũ. poſſeſſiuũ. Prop. ⁊ ptolomee littora capta phari
Ptolomais. idis vel idos ⁊ ptolomaida. e. nomẽ q̃nqꝫ vrbiũ q̃rũ vna ẽ ĩ egypto: de q̃ Hiero. ad Euſto. Per arenas tyre ꝑuenit ad cohoũ q̃ nũc ptolomais dr̃ Altera ĩ ethiopia alia in phenicia. alia nili fluminis alia in cyrenaica ꝓuincia aphrice
Ptyas dr̃ aſpidis ſputũ ꝑniciosũꝫ ἀπο τοῦ πτυω qȯ ẽ ſpuo.
Ptoſis. latine ruina: ⁊ caſus nominum.

P ante U

Pubes ꝓprie lanugo que maribus. xiiij. anno: feminis. xij. circa pudẽda oriri incipit. Quod q2 maturitatis ẽ ſignũ: factũ ẽ vt mas pubes ſiue puber vocet̃ ꝙ̃ primũ ad generandũ aptus eſt: ⁊ femina ſit̃ ad cõcipiẽdũ. A quo impubes. is vel impuber q̃ nõdũ lanuginẽ emiſit: ſiue qui nõdũ ad pubertatis annos ꝑuenit. Ply. li. xxxviij. Corticẽ eius impubeſcentẽ puer impubis ſi defracta ramo detrahat. Pubes etiã honeſte pro pte pudẽda ſumit̃. Uirgi. Prima hominis facies ⁊ pulchro corpore virgo pubetenus. Itẽ ꝓ iuuenũ multitudine. Idem haud aliter pubeſqꝫ tue: pubeſqꝫ tuoꝝ̄. Liuius li. j. Cũ pubẽ albanã in arcem p̃ſidio armiſqꝫ obtinendã auocaſſet. Interdũ ẽt ꝓ populo. Unde pube preſente dicimus. hoc eſt populo p̃ſente: ab his q̃ puberes ſunt oẽm populuꝫ ſignificantes. Transfert̃ ẽt ad alia. Uir. li. xij. Puberibus caulẽ folijs. ⁊ li. iiij. Pubentes herbe. Sciendum ꝙ pubes ꝓ lanugine ꝓ parte pudẽda: ⁊ pro multitudine ſubſtãtiuũ eſt ⁊ facit genitiuũ pubis: Sic eſt Impubes. is. qui adhuc inueſtis eſt: adiectiuũ eſt. Uñ impubis iuli. Et Hor. in Epo. dixit impube corpus. Oui. li. iij. me. Impubeſqꝫ genas. Cic. vȯ lib. iiij. inuectit ait. Filiumqꝫ eius impuberem legatum a patre miſſum. Liui. lib. ij. Laudatamqꝫ virginem parte obſidum ſe donare dixit: ipſa quo vellet legeret. Productis omnibus elegiſſe impubere dicitur. Ergo impubem dicimus ab eo qȯ eſt pubes Saluſtius. Puberes omnes interfici iubet.
Pubeo. es. pubes ſum: vt pubentes herbe: ⁊ fit a pubes. is. A quo pubeſco lanuginẽ emitto. Uir. li. iij. Et nũc equali te cuꝫ pubeſceret euo. Interdũ pubeſcere ponit̃ ꝓ creſcere ſiue ꝓducere. Cice. li. j. de natura deoꝝ. Nã ⁊ fruges ⁊ reliqua q̃ terra paria ⁊ tẽpeſtates ac tẽporũ varietates: celiqꝫ mutatiões quibus oĩa que terra gignat maturata pubeſcãt. Uir. lib. ij. ge. Hinc omnis largo pubeſcit vinea fetũ. i. exuberat.
Pubereſco. puber fio ſiue creſco. a puber.
Pubertas. etas in maribus que eſt annus. xiiij. in feminis. xij. Item pubertas eſt emiſſio ipſa pubis a qua anni pubertatis dicti ſunt. Col. li. iiij. At citra nature q̃ꝫdam pubertatem.
Publicus. a. um. qȯ nõ eſt priuatum alicuius ſed populi. Hinc reſp. res populi. Abuſiue tñ publica dicta ſunt bona ciuitatis. Sola enim publica ſunt que ro. populi ſunt.
Publica ſacra que pro populo fiebant: ſicut priuata que pro ſingulis hominibus familijſue.
Publica via q̃ in ſolo ppl̃i eſt: cuius ſolũ publicum eſt: ſiue qua iter ppl̃o eſt. Publicas vias romani ptim pretorias: partim conſulares appellauerũt. Sunt vie priuate ſũt ⁊ vicinales q̃: in vicis ſunt: vel que in vicos ducunt. Preterea alie ruſtice dicuntur: alie vrbice Militares vie que inter publicas ſunt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

latiores vt capere poſſint milites agminatim iter facientes Uñ ⁊ illis nomẽ. Sue. de Aug. Juuenes p̃mo modicis interuallis p̱ militares vias dehinc vehicula diſpoſuit. Curtius. Cum hoc agmine darius paulũ declinauit via militari Uię militares vt Paul. inquit exitũ ad mare aut in vrbẽ: aut ĩ flumina publica: aut ad aliam viam militarem habẽt.

Publicum conſiliuꝫ dictus eſt ſenatus. Cice. li. de ora. Pericles athenis plurimos annos princeps conſilij publici fuit.

Publico. as. publicuꝫ facio maniſeſto. Juſti. Nõ contentus voluptatũ ſuaꝝ tacita cõſcientia: niſi ẽt matrimonij reticẽda publicaret. Et publicare eſt rem aliquã publicã ſeu reipu. poteſtate facere. Cice. lib. ij. artis veteris. Lex eſt apud rhodos vt ſi qua roſtrata in portu nauis dep̄henſa ſit. publicet᷑ Cũ magna in alto tẽpeſtas eſſet vis ventoꝝ inuitis nautis rhodiorum in portum nauim coegit. Queſtor nauim populi vocat nauis dominus negat oportere publicari.

Publicanos appellarunt maiores eos q̃ vectigalia ⁊ alios populi romani redditus exigẽdos certo cõſtituto p̃tio redimebant. qui daciarij vulgo dñr. Horũ ordinẽ ⁊ numero ampliſſimum: ⁊ p̱ſonarũ dignitate potẽtiſſimũ fuiſſe cõſtat. Ci. pro plancio. Flos eq̃tũ romanoꝝ ornamentum ciuitatis: firmamentũ reip. publicanoꝝ ordine cõtinet᷑. Ulp. Publicani ſũt qui publico fruuntur. Nã inde nomẽ habent. Et omnes qui aliquid a fiſco conducunt: recte vocant᷑ publicani.

Publicola: cognomẽ Publij Ualerij qui primus cũ bruto poſt exactos reges conſul effectus eſt ꝙ coleretur a populo. ſiue ꝙ populum coleret.

Publius. prenomen eius qui populo gratus fuit.

Publipor: publij puer. i. ſeruus. Sic Marcipor marcipuer. Ueteres enĩ a p̃nominibus pueroꝝ ſeruos in familia nominabant. Uñ a Lucio lucipores a Quinto q̃ntipores. Et hoc eſt qḋ Ply. ait id genus ſeruos dñorum fuiſſe gentiles. i. eodeꝫ nomine appellatos quo domini appellabantur.

Pudorẽ ph̄i diffiniũt eẽ modeſtiã q̃ aĩum reprimit ne ꝓcaciter aut inordinate aut turpiter p̱agat. Cur aũt erubeſcant quos puduit d̾r a ph̄is qm̃ pudefactis ſanguis de corde in oẽs corporis p̱tes diffundit᷑ ita vt ſup̱ficiem occupet: Pudor a verecundia ſic ſeperatur a quibuſdã vt pudor ſit rei turpiter actę verecundia etiam recte facti atq̃ꝫ honeſti.

Pudeo. es. dui. itũ. cũ actõ Luc. Semper metuit quẽ ſęua pudebunt. Jmperſonale. Pudet puduit ⁊ puditũ eſt. ſm̃ Priſ. Et a p̱te añ cõſtruit᷑ cũ actõ ⁊ aliqñ cũ dtõ. Syri. li. vij. Reſides ad bella vocãtur q̃s pudeat certare ſenes: q̃s p̱ q̃bus Plau. in bac. Neq̃ꝫ me neq̃ꝫ te tuis intus pudituꝫ eſt factis Ubi pꝫ ꝙ non ſolum cum gtõ ſed ẽt cuꝫ ablrõ a p̱te poſt cõſtrui põt. Differt aũt pudere a pigere. ꝙ pudere verecundię ſit: pigere penitentię. Sal. in Jug. Nã poſtea quę fecerit incertũ habeo pudeat an pigeat magis. Do. Pudere eſt in his quę turpiter fiunt. Pigere in his q̃ cũ dãno ac malo pudere ad dedecus pigere ad dolorẽ refert᷑. Ter. in adel. Fratris me quideꝫ pudet pigetq̃ꝫ. Compoſita ſunt. Depudet ⁊ Diſpudet. pe. cor. qḋ eſt bis ſeu valde pudet. Jdeꝫ in eu. Diſpudet mihi ſic data eſſe verba. Suppudet parum pudet.

Pudeſio is. a pudefacio ſit qḋ ſig̃t pudorẽ inijcio. Gel. in Tibiã pudefactus oris deformitate abiecit. i. verecundatus.

Pudens. verecundus. Cuius contrarium eſt impudens a quibus pudenter ⁊ impudenter.

Pudibundus qui pudore ducitur. Pudibunde cũ pudore.

Pudenda virilia quę ⁊ verenda dñr. ꝙ vt Aug. ait. lib. xiiij. ci. dei. libidinis mox maxime pudet.

Pudicus. caſtus a quo ſit pudicitia caſtitas: quorum contraria ſunt. Jmpudicus ⁊ impudicitia. A pudic⁹ ẽt ſit depudico. as.

Pudicitia modo pro caſtitate: modo pro religioſa mundicia ac puritate. Uirg. Caſta pudicitiam ſeruat domus. Quandoq̃ꝫ pro dea quę romę colebatur.

Puer tribus modis dicit᷑. Primo cũ ſeruũ ſignificamus. Terẽ. in an. Et puerũ inde abiens cõueni chremis. Secũdo cũ puerũ cõtrario nomine puellę dicimus marẽ denotãtes. Tertio cũ ętatẽ puerilẽ ĩtelligimus. Ponit᷑ interdũ ẽt ꝓ filio. Uirg. Aſcaniuſq̃ꝫ puer. Interdũ ꝓ Cinoedo. Et eſt generis cõ. ſm̃ Priſ. Liui. in odiſ. Sancta puer Saturni filia. Declinatur ⁊ hic puerus. hęc puera. ſicut puellus ⁊ puella. Plautu. in mer. Tu puere abi hinc intro ocyus Uar. Properate viuere puerę q̃s ſinit ętatula ludere eſſe amare ⁊ veneris tenere leges.

Puerpera. mulier quę recens peperit ſiue puerũ ſiue puellã vulgo Paiola dicitur. Oui. de latona magna gemelliperę venerantur numine diuę.

Puerperiũ. tẽpus quo puerpera ex dolore p̱tus cubat. Aliqñ ẽt ꝓles ipſa. Gel. diuo Auguſto imperante ancilla eius in agro laurente peperit quinq̃ꝫ pueros qui pauculos dies vixerunt Mater quoq̃ꝫ non multo poſt mortua monumẽtumq̃ꝫ ei factũ iuſſu Auguſti in via laurẽtina in quo ſcriptũ fuiſſe conſtat numeꝝ puerperij. Sue. De Cali. Cũ agrippina bis in ea regione filias enixa ſit ⁊ q̃liſcũq̃ꝫ p̱tus ſine vllo ſexus diſcrimine puerperium vocitetur: ꝙ antiqui etiaꝫ puellas pueras ſicut pueros ⁊ puellos dictitarant.

Puerilis ⁊ hoc puerile qḋ ẽ pueri. vt ętas puerilis facta puerilia

Pueritia: ętas puerilis. Quandoq̃ꝫ etiaꝫ ſumitur pro puritate. Uar. Ea erat matronę ſimplicitas ⁊ pueritia ⁊ honeſtas.

Puerilitas. ſig̃t actum aliquem puerilem. Seneca. Qui pueritiam eius. ſiue potius puerilitatem ludibrio habuit.

Puaraſcere dñr q̃ exacta ĩfantia pueritiã ĩchoãta quo repueraſcere qḋ eſt in puerilem ętatẽ reuerti: Quod de ſenibus fere d̾r cũ deſipere vitio ętatis incipiũt. Ci. in Cato. Ex hac ętate repueraſcaꝫ ⁊ in cunis vagiã. Plau. in Mer. Senex cũ extẽpla ẽ iã nec ſentit nec ſapit aiũt ſolere eũ rurſuꝫ repueraſcere

Puellus diminutiuũ a puer. ſignificat paruũ puerũ: ſiue paruuꝫ filium. Luc. Cũq̃ꝫ hictaꝫ formoſus tibi ac te dignus puellus Sic puella a puera per diminutionem.

Puellaris ⁊ hoc puellare idẽ qḋ puerilis. Quintil. de filia defuncta. Tum ętate tam puellari preſertim meę comparata.

Puellaſcere ẽ effęminari. Pacu. Puellaſcũt laſciuia adoleſcẽtes. Aliqñ refloreere ⁊ q̃ſi ad pueritiã redire. Uar. Qui non ſolum in nube ſiũt cõmunes verũ etiam veteres puellaſcunt.

Pugnus. a põctione. i. percuſſione: vel a pugna. Do. in adel. An pugnus a pugna ſit dictus ab illo pugna. Quidaꝫ a gręco deducunt πυγμη.

Pugna lucta vel p̃liũ: lꝫ qñq̃ꝫ apud poetas ꝓ ſtupro ponatur. Ter. Dabit h̾ aliq̃ꝫ pugnã. Huius diminutiuuꝫ ẽ pugnicula.

Pugno. as. dimico referturq̃ꝫ ad aĩata vt pugno cum hoſte. Lac. li. iij. Mutoꝝ aĩaliũ quę ob hoc vel acerrime pugnant Qñq̃ꝫ pugnare ẽ omittere. Gel. li. ij. Dũ pyrrhus rex in italia eẽt ⁊ vnã atq̃ꝫ alterã pugnã ꝓſpere pugnaſſet. Huius cõpoſita ſũt. Depugno qḋ idẽ eſt qḋ pugno. Plau. in Sti. Jta ingeniũ meũ ẽ q̃ cũ vis depugno multo facilius q̃ꝫ cũ fame. Cõpugno ſimul pugno. Hier. in p̃fa. li. paral. Totuſq̃ꝫ orbis iter ſe trifaria varietate ↄpugnat. Expugno: pugnãdo vl̾ oppugnãdo vinco. Et de perſonis oppidis caſtris nauibus. cęteriſq̃ꝫ hmõi d̾r. Interdũ expugnare nõ ẽ pugnãdo vincere. ſed ſolũ oppugnare. Hiero. lib. ij. machabeorum. Simon applicuit ad bethſurã ⁊ expugnabat eã multis dieb⁹. Et i. p̃s. Sępe expugnauerũt me a iuuẽtute mea eteni nõ potuerũt mihi. Expugnat᷑ aũt nauis ſm̃ Calliſtratum inrecõ. cum ſpoliat᷑: aut mergit᷑. aut diſſoluit᷑: aut p̱fundit᷑: aut funes eius excidũtur. Juſti. Occupata arce tarẽtinoꝝ inexpugnatis veterib⁹ incolis. Liui. Una duas naues expugnauit. Oppugno pugnãdo vincere cõtẽdo. Jmpugno valde aduerſor. ↄfuto. Lac. li. vij. Redeũt ꝓtinus vitia q̃ virtutẽ ſp̱ ĩpugnant. Propugno aduerſus pugnãtes pugno: ſeu ꝓcul me defendo. Uñ ⁊ propugnacula. Repugno pugnando reſiſto contradico refragor.

Pugnax. bellicoſus. a quo pugnatior. pugnaciſſimus: ⁊ pugnacitas. Aug. li. viij. cõ. Sed tñ cõſuetudo aduerſus me pugnacior ex me facta erat. Et li. v. Nulla pugnacitas calumnioſarum queſtionum extorquere mihi potuit.

Pugillus diminutiuum ſignificat paruum pugnum.

Pugillaris. maſ. gñis. ⁊ hoc pugillare ſiue pugillar. Auſo. Bipatẽs pugillar expedi. Et pugillareꝫ in euã. legimus. Jn p̄li pugillares ⁊ pugillaria. Apul. Dolebã me hercle ꝙ pugilla-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

res ⁊ ſtyllū nō habebā ꝗ tā bellā fabellā ꝑnotarem. Catul. ad Egnatiū. En negat mihi veſtra redditurā pugillaria ſi pati poteſtis. Sūt aūt pugillares tabellę cęreę: vel ligneę ſiue alterius māę ī ꝗbus ſtylo ſcribim⁹ dictę ꝙ pugno cōprehēdant vel a pūgēdo ꝙ ſtylo ī his pūgēdo ſcribat. Varijs aūt nominibus dcebantur pugillares apud veteres. Alij duplices: alij triplices: alij quincuplices noīabant. Erāt ⁊ citrei eborei mēbrani dicti: ꝗ ex cito ebore mēbranis erāt confecti.

Pugil a pugna. Uel a pugno. Eſt autem ꝗ pugnare cōſueuit: a quo Pugillatus.us. pugilum vſus.

Pugilice aduerbiū ſigt firmiter valenter. Plau. in Epi. Quid herilis noſter filius valet pugilice atqꝫ athletice.

Pugillari. inquit Aug. eſt encraticum facere.

Pugio. gn̄s. teli dictus a pugno quo facile apprehenditur vel ꝙ eo preſentiū pugnet: vt inqͥt feſtus. Fronti. li. iſ. ſtratogematon. Q. Sertorius cum acie decertarent barbarū ꝗ ei nūciauerit hirtuleum periiſſe pugione traiecto.

Pugiunculus paruus pugio. Cic. Hiſpanienſem pugiunculum Gn. piſonem appellat.

Pulcher. a. um. qđ antiqui polcrū dixere qđ nō ē deforme. a pollendo. ꝙ polleat forma. Ex quo ītelligi dat hoc nomē aſpirationē nō hēre lꝫ vſus vicerit cui vix repugnari poteſt: vt pulcher ī primo ⁊ ꝗnto caſu cū aſpiratione ꝓnunciet. Nā āt nō ineſſe aſpirationē docere hoc ſatis pōt: ꝙ eius diminutiuum pulcellus. a. um. aſpiret minime. Eſt aūt pulchritudo vt Ci. li. iiij. tuſ. inqͥt ꝗdā apta figura mēbrorꝝ cū coloris ꝗdā ſuauitate. Interdū pulcher ſumit ꝓ bono: ſicut bonū ꝓ pulchro. Ter. Forma bona fortaſſe ⁊ ecōtrario malū ꝓ deformi. Interdū ꝓ forti. Uir. Satus hercule pulchro pulcher auētinus

Pulchreſco. is pulcher fio. Aug. Quicꝗd pulchreſcit viſu: quicquid lenocinatur odoratu: quicquid mollescit attactu.

Pullus qđ ꝗdā ꝑ ſyncopen a puellis dici volūt: ſigt nouelluꝫ. i. paruū puerū ⁊ paruū filiū. Uñ puos fętus quorūcūqꝫ aīaliū quin ēt arborū atqꝫ plātarum pullos dicimus vt pull⁹ hirūdinis: pullus aſini: pulli ranarū. Hor. in Ser. Abſentes ranę pulli vituli pede ꝑſſis. Quin ēt ꝑſci pullos dicebāt ſuos catamithos. Uñ. Q. Fabi⁹ cui Eburno cognomē fuit ꝓpter candorē qđ ei⁹ natis icta eſſet fulmine: pull⁹ iouis appellatus ē.

Pulluli. plantariorum ſunt. Pullulus enī a pullus deducitur ꝑ diminutionem.

Pullulo. as. pe. cor. ꝗſi fetifico. Nā pullulare dicimus arbores cuꝫ a radice nouę plātę ſurgūt. Ply. Natura ⁊ plantaria demonſtrauit multarū radicibus pullulante ſobole denſa ⁊ pariēte matre quos enecet. Eius ꝗppe vmbra turba indigeſta ꝑmitur: ⁊ ī lauris punicis: platanis: ceraſis: prunis: paucoruꝫ in hoc genere rami parcūt ſoboli: vt vlmoruꝫ palmarumqꝫ. Nullis ꝟo tales pulluli ꝓueniunt niſi quarū radices moreꝫ ſolis atqꝫ ībris ī ſumma tellure ſpatiant. Huius eſt cōpoſitū Expullulo qđ ſigt extrapullulo: vel extra fructum produco. Col. li. iiij. Nec dubiū ꝗn gēmę ꝗ cacumini ꝓximę ſunt infęcundę in eo relinquantur ex ꝗbus pāpinus expullulat.

Pullulaſco. is. pullulans fio. Item lib. v. Ex nouello palmite vitis pullulaſcit.

Pulleſco. is. idē qđ pullulaſco. Col. lib. v. Quicꝗd ē ſupra vetuſta brachia amputet: ⁊ ita ex nouello palmite vitis pulleſcit. Hinc fit cōpoſitum. Repulleſco. Idem ibi. Cū fere plurimarum ſtirpium natura ſic ſe commodat vt iuxta cicatriceꝫ nouellis frundibus repulleſcant.

Pullaſter ⁊ pullaſtra. ſignificant gallum ſiue gallinā adoleſcentes. ſicut ēt a nobis dicunt. līgua vernacula. Non enim diminutiua ſunt. Sic. a. M. Uarrone pullaſtrę dn̄r iuuencę gallinę. Ait enim. Et ea ꝗ ſubijcias potius vetulis ꝗꝫ pullaſtris ⁊ quę roſtra aut vngues non habeant acutos.

Pullicenus diminutiuū a pullus: ⁊ ē ꝗ ex gallinarū ouis naſcit. Helius ſpartianus ſiue Lampri. de Alexādro ſeuero. Et nearum paſtus grauaret annonam ſeruos habuit vectigales qui eos ex ouis ⁊ pullicenis ⁊ pipionibus alerent.

Pullinus. a. um. quod eſt pulli. Unde pullini dentes quos primum equi iaciunt.

Pullarius ꝗ pullorū curam habet. Liui. li. x. Naꝫ cū pulli nō paſcerentur pullarius auſpicium mentiri auſus tripudium ſoliſtimum nunciauit conſuli.

Pullatio apud Col. accipit ꝓ fętura pullorū ꝗ ⁊ pulliciū dicit.

Pullicies ipſa pullatio. Col. lib. ix. de turture. Huius auis ętas ad ſaginā nō tā vetus ē idonea ꝗꝫ nouella. Itaqꝫ circa menſem. cū iā cōfirmata ē pullicies eligit. Idē de apibus. Cū primovere in eo vaſe nata eſt pullicies nouus rex eliditur.

Pullus. a. um. qđ ē natiui coloris. i. nō plene obſcurū atrū Leucopo cōtrariū: ꝙ pulli ouiū fere eo colore naſcunt. Uirg. ne maculis infuſcēt vellera pullis. Tibul. Cōcidit ad magicos hoſtia pulla deos. Uñ veſtis pulla dr̄ fuſca atra quā ꝗs ī luctu īduit. Cice. ī vati Atqꝫ ēt ⁊ a te ſcire cupio quo ꝯſilio: aut ꝗ mēte feceris vti in epulo. Q. Arrhij familiaris mei cū toga pulla accūberes. Sūt tn̄ ꝗ dicāt hūc colorē hiſpanum ſiue bęthycū dici a quo pullati ēt bęthyca dn̄r. Mar. Et bęthycatus ſimul atqꝫ leucopatus. Cuius eē rōnē dicūt. ꝙ natiu⁹ color ī hiſpania ſubnigrior ē. Iōqꝫ minus vilis. Hic enī color ad nigredinē tēdit alicubi plenior: alicubi dilutior. Hic ꝓximus color ē niger ꝗ ⁊ fuſcus dr̄ ⁊ ater. Similiter pullus color dr̄ impluuiatus. ꝗſi fumo ex ſtillicidio implutus. Plau. Impluuiatus facit veſtimentis nomina. Itē Suaſus: vt apđ eūdē. Sordida ⁊ ſuaſa amictus togula. Ponit tn̄ pullus ꝓ nigro. Col. Atqꝫ oleris pulli radix hoc eſt oleris atri.

Pullatus: pulla veſte īductus. Hoc ē lugubrē habitū ferēs ex parētū morte ꝗ ⁊ atratus dr̄. ꝗ mos a Lydis ceptus fuit Si. in Uati. Quis vnqꝫ cęnauit atratus cū ipſe epuli dn̄s. Q. Arrhius albatus eēt. Qñqꝫ pullat⁹ accipit ꝓ viliori ꝑſona ſiue rudi ⁊ īperita. Sue. de Aug. Militē ſe creuit a ppl'o: multis ex plebe ꝓprios ordines aſſignauit. ꝑtextatis cuneū ſuū ⁊ ꝓximū pędagogis: ſanxitqꝫ neqꝫ pullatorū media cauea ſederet Quit. Ferire pectus: frōtē cędere mire ad pullatū circulū facit. Hoc eſt ad cumulum rudium atqꝫ imperitorum hoīum.

Pulligo. idem ꝙ pullus color. Ply. Fuluas oues tarentum hꝫ ⁊ alias ſuę pulliginis.

Pulegiuꝫ. gn̄s herbę ſeu fruticis medicinalis. Eſt enī calida ⁊ ſicca in tertio gradu. Amb. ad felicem. Non mediocrē ſumpſi ad cōualeſcēdū gratiā quaſi quodaꝫ tui alloquij pulegio refotus. Hiero. Pulegium apud indos pipere preciosius eſt Col. li. ix. Pulegij ſurculis fumigentur.

Puluis gn̄is maſ. ⁊ fę. Prop. Sit mihi ꝑpetuę puluis etruſca dolor. Dicit aūt puluis vt ꝗdā putāt a pellēdo ꝙ pellatur vi venti. Apud antiquos ēt puluer dicebat. Sed ab eo qđ ē puluis. genitiuus erit puluis. A puluer ꝟo pulueris. Ueruꝫ ī vſu tn̄ eſt puluis in recto. pulueris in obliquis.

Puluiſcultus ⁊ puluiſculuꝫ diminutiua ſunt a puluis. Et gn̄aliter de oī puluere dici pōt Apul. Niſi vt peſti mūdicias dentiū nitellas orꝫ ex arabicis frugib⁹ tenuē cādificū: nobilē puluiſculū cōplanatorē gingiuę. Hier. Neſcio quid puluiſculū. Prope aūt ſigt puluerē illum quo vtunt puellę. ꝗ ⁊ cinis dr ad cuius differentiā alius cinis immundus appellat. Uirg. Et cinerem immundum latos iactare per agros. Hinc puluereus puluerea puluereum. ⁊ Puluerentus. a. um.

Puluero. as. in puluereꝫ redigo. Columel. li. tredecimo. Priuſ ꝗꝫ vineę puluerent. Hinc pulueratio quę eſt genus culturę vt inquit Ser. quo in minutę glebę vitibus applicantur.

Puluereſco. in puluerem redigor. quod a puluereo fit. Unde ⁊ Diſpuluereo pro diſſoluo.

Pulex aīal notū dictū ꝙ ex puluere generet. Quo nomine ēt dictus ē vermiculus herbis ⁊ ꝑcipue braſſicis īfeſtus. A pulex fit Pulicinus. ſicut a muſca muſcinus a formica formicinus

Pulicoſus. pulicibus plenus. Colu. lib. viij. Pulicoſę cani remedia ſūt ſume ciminū tritū pari pōdere cū veratro aquaqꝫ mixtū ⁊ illituꝫ. ſeu cucumeris anguinei ſuccus. Uel ſi hęc non ſunt: vetus amurca per totum corpus infuſa.

Pulmo. ē vnū ex viſceribus de natura ſui ſpongioſus: ⁊ iđ ſpiritus capax ꝗ diuidit ī ſilitudinē vngulę bouis ⁊ duę illę partes fibrę vocant ſicuti in oībus viſceribus. Reſpiramus aūt pulmone. Unde Perſi. Qui pulmo animę ꝑlargus anhelet.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Attollit̃ enĩ ſpiritũ attrahēdo: ⁊ emittēdo deprimit̃. Ex pulmone naſcit̃ tabes quā greci ptiſiz vocāt. Lũc. n. plĩmo tabeſcit. Ouid. Cernis vt e molli ſanguis pulmone remiſſus ad ſtygias certo limite ducat aq̄s. Apō veteres pluraliter tātũ pulmones dicebant̃. ſic̃ ⁊ ceruices. Plau. ĩ Cur. Pulmones diſtrahũt̃ cruciat̃ cor. Cic. li. ij. tuſ. Que lateri inherēs morſu laterat viſcera vrgenſq; grauiter pulmonũ haurit ſpirit⁹.

Pulmonarius. a. um qō laborat pulmōis morbo: vt ouis pulmonaria apud Col. quā li. viij. ait curari ſil̃r vt ſuem inſerta p auriculā quā Ueterinarij cōſiliginē vocāt. Dicit̃ etiam Pulmonarius de morbo: quez greco vocabulo pneumonicũ ⁊ peripneumaticũ appellāt. Et herba pulmonaria vocatur a medicis que eſt folijs mollibus albo maculatis.

Puluinar. pe. p. q̄ſi plumina: ē qō capiti dormituri ſupponim⁹ ad puluinorũ ſil̃itudinē. Iuue. Feda lupanaris tulit ad puluinar odorē. Quo ēt noīe d̃r lectulus q̄ in tēplis ſterni cōſueuit numini dicat⁹. Uñ lectiſterniũ nũcupat̃ ſicut docet Aug. li. iij. ci. dei. Liui. Curatũ lectiſterniũ: ⁊ p triduũ habitũ, decēuiris ſacrorũ curātib⁹ ⁊ puluinaria in cōſpectu fuere Ioui ⁊ Iunoni: alterũ Neptũno ⁊ Minerue. Tertiũ Marti ⁊ Ueneri. Quartũ Appollini ⁊ Diane. Quintũ vulcano ac Ueſte. Sextũ Mercurio ⁊ Cereri. Uidet̃ aũt dici puluinar a pluma q̄ fulcit̃. Abuſiue tñ puluinaria p tēplis dĩr. Inde apud Liuiũ legit̃. Ad oīa puluinaria ſacrificatuz fuiſſe. Uident̃ ēt accipi p illis puluinis ĩ q̄b⁹ ſimulachra deoꝝ recubētia collocantur Acron. Puluinaria dicebant̃ aut lectice diuoruz aut tabulata in q̄bus ſtabāt numina vt eminētiora viderentur.

Puluinus ſeu puluillus. a pluma q̄ſi pluminus q plumis pullorũ fiat. Ceruical ſeu plumatius. Hiero. in terra p puluillo capiti ſupponebāt. Qñq; accipit̃ p lecto. Cice. in ver. acti. vij. Nā vt mos fuit bythinie regib⁹ lectica aperta foro ferebat̃ in q̄ puluin⁹ erat placidus melitēſi roſa farctus. Apul. Quattuor eunuchi cōfeſtiz puluinis cōplurib⁹ vento tumētib⁹ pluma delicata terreſtrē nobis cubitũ perſtruũt. Itē puluini vocant̃ q̄ ſcabellis ſupimponũtur quo mollior ſit ſeſſio. Hoc ē lectuli q̄dā exigui lana vl̃ ramēto vel pluma vl̃ alio gñe pleni: vulgo Cuſſini. Ci. Afferri iuſſit puluinos: ⁊ oēs ĩ ſuis ſedibus ſederunt. Iuue. De puluino ſurgat equeſter. Et puluini areole terra elata ĩter duos ſulcos ĩ hortis q̄ porca a porrigēdo ĩ agris appellat̃. Habet. n. veluti puluinorũ in q̄bus ſedemus ſil̃itudinē pp qō ⁊ torus a q̄buſdā d̃r Ply. Areis diſtingui. eaſq; reſupinis puluinorũ toris ambiri ſingulis tramitũ ſulcis qua dat̃ acceſſus homini ſcatebriſq; decurſus. Col. li. xij. Ulpicum habet velut aliũ plures coherētes ſpicas. Heq; cũ ſint diuiſe liratiz ſeridebũt: vt ĩ puluinis poſite minus ĩ ſeſtentur hyemis aq̄s. Idē lib. iij. Diuz aũt gñm ramos circa kl̃as martias in hortis p puluinos arearũ diſponere conuenit. Item Puluinus arena durior q̄ in modum ſaxi lapideſcit. Uictr. lib. v. Puluinus firmiſſime ſtruatur. Item Puluinus Machina qua naues in portum ſubducuntur. Oui. Colla q; prelorum noſtra ferenda dedi.

Puluinatus. a. um. quod eſt ad ſimilitudinem puluini molle ac connexum. Ply. Lanuginoſo ac puluinato calice.

Puls victus antiquiſſimus ex farina aq̄ melle ſeu caſeo ouo decocto factus quo pro pane veteres vtebantur. Dicta q ita ſonet cum aqua feruenter aſpergitur.

Pultarius a pulte accipit̃ p vaſe pultis. Cor. Celſus. Si cetera defecerunt caliculus aut pultarius oris cōpreſſioris ei rei cōmode aptatur.

Pulmētũ ipa puls. vel aliō cibariũ ad modũ pultis fuctũ. Apul. Ius porcoꝝ pullorũ piſciũ ⁊ ei⁹ pulmĩtoꝝ largiſſimas epulas

Pulmentariũ ēt d̃r q inter cibos ſumit̃ ĩ ſil̃itudinē pultis factũ Hoc ē qō pulmēti vicē p̄bet. Iuue. Ueniet q̄ pulmētaria cōdis. Ply. Primũ ĩ latio cibũ pultē fuiſſe: nō panē ſcribit: argumētoq; ad id eſſe q pulmentaria p cibis ſua ēt etate dicerētur. In euā. quoq; legimus. Nũquit pulmētariũ habetis. Poſſz ēt dici pulmentariũ pulmenti repoſitorium.

Pulmētariũ teſtuatiũ d̃r tota que coquitur ſub textu.

Pulticula. diminutiuũ a pulte. quo vſus eſt Ply. li. xxvj.

Pulpa: qñq; dicitur neruus ille q̄ ab aliquibus dicitur ipſōꝝ Inter pulpas inq̄t Ply. ⁊ venas diſcrimen facile: vene latiores candidioreſq; ſunt: pulpe fiſſilibus inſunt.

Pulpamētũ a pulpa dictũ ē: ⁊ accipitur pro cibo lautiore. Ter. Lepus tu te es: ⁊ pulmentum queris?

Pulpitũ locus ante ſcenā editio in quo oīs comedia recitabat̃. Grece. λογειον. Ponit̃ ēt p ſuggeſto. i. pro quocũq; loco edito vnde ſermo habeatur ad populum.

Pulſo. as frequētatiuũ a pello ſiḡt ſepe pcutio verbero. Ci. de ſuppli. Lictores cōſiſtũt valētiſſimi ad pulſandos verberādoſq; hoīes exercitatiſſimi. Ter. ĩ adel. Sz q̄s hoc pulſauit: trāſfert̃ ⁊ ad aīuz. Amb. De hĩc terroribus pulſat. Pla. ĩ epi. Id ego experior cui ĩ vnũ multa ↄfluũt q̄ meũ pectũ pulſant. Interdũ pulſare ē violare ledere. Uir. li. xij. Pulſatos referēs ĩfecto ſedē diuos. Interdũ ſonat̃: vt pulſo lyrā. Pertinet q; pulſare ad hoīes: ſonare ad ĩſtr̃a: vt ſonat cāpana. Uñ dicim⁹. Pulſatũ ē ad tertiā: nō āt ſonatũ. Cũ āt dicim⁹ pulſo cithara idē ē qō cano vel ludo. Uir. Iā pectine pulſat eburno Huius cōpoſita ſũt Cōpulſo. qō eſt valde pulſo. Aug. Mortuus eſt qui q̄ztũlibet expulſes q̄ztũlibet lanis: q̄ztũlibet vellices non expergiſcitur. Propulſo de quo ſuprar.

Pulto. as. idē qō pulſo. fitq; a ſupino pultũ quo antiqui vtebātur. Pla. Pultādo ↄfregi fores. Ter. Ceſſo iā pultare hoſtiũ

Pulſus eſt ille vbi cōiungit̃ manus lacerto. Ply. Arteriarũ pulſus in cacumine mēbrorũ euidēs maxime index morboꝝ in modulos: legeſq; metricas p etates ſtabilis aut citatius: aut tardius. Idem alibi pulſum percuſſuz appellat. Nā vite gubernacula tenet ⁊ ictu crebro aut languido valitudinem indicat. Nam li. vij. ſic ait. Uenarum inequali aut formicante percuſſu. Sed hoc ex arterijs eſt.

Pumex. lapis cauernoſus qui ad corpora leuiganda laudatiſſimus eſt. Uir. li. xij. Ut cũ latebroſo pumice paſtor. Catu. fe. gñe ptulit. Pumices p̄cipui ſunt ĩ eolijs ĩſulis. Probatio eorum eſt in cādore ac minimo pōdere: ⁊ vt maxime ſpongioſi atq; aridi ſint ac teri faciles. Nec in fricando arenoſi.

Pumicoſus. a. um. qō pumicis vel naturam vel ſimilitudinem hz. Et pumicoſus dicitur locus pumicibus plenus.

Pumico. as. pe. cor. pumice polio. leuigo. Tibul. Pumicet ⁊ canas tondeat añ comas. Uñ pumicatũ pumice politũ.

Pumilis. pe. cor. paruus nanus. Col. li. ix. pumiles aues niſi quē humilitas earum delectat. nec pp fecunditatem nec propter alium redditum nimium probo.

Punctus. q niſi depuate barbaraq; d̃r in neut. Sen. pũctũ eſt ⁊ adhuc pũcto minus qō ĩcolim⁹ Ply. li. ij. nō aliud ē terra vniuerſa q̄z mũdi pũctus. Tradũt geometre pũctũ eē corp⁹ ĩdiuiduũ ĩ quo neq; lōgitudo neq; latitudo: neq; altitudo dep̄hēdit̃: ⁊ ob ĩcomp̄heſibilē breuitatē ſui ĩ partes diuidi non poſſe. qō ptractũ lineā efficit. i. corpus vnius dimenſionis. Lōgũ. n. ē ſine lato ⁊ duobus punctis ex vtraq; pte ſolā lōgitudinē terminātibus ↄtinet̃. Hāc lineā ſi geminianus alterũ corpus efficit̃ qō duabus dimēſionibus extruit̃ lōgo latoq; ſed alto caret pũctis aũt quattuor continet̃ p ſingulas. ſ. lineas binis. Et hoc greci επιπεδον. noſtri planũ ſiue ſupficiē vocāt. Qñq; tñ pũctũ ſumit̃ p tēporis vel hore momento Ci. Cecinne. Itaq; ne pũctũ q̄dē tēporis in ipſa fortuna fuiſſe. qñq; p minima cuiuſcũq; rei pticula. Idē p plācio. Nā q q̄ſtus es plures teſtes te hēre de volitina q̄z quot in ea tribu pũcta tuleris. Qñq; p ſuffragijs ⁊ fauore. qm̃ veteres ſuffragia nō ſcribebāt ſz pũcto notabāt. Uñ ex puncti dicebāt̃ viles eiecti: ſiue fauore p̄uati. Hora. Oē tulit punctũ q̄ miſcuit vtile dulci. hoc ē ſolus ſuffragia iudicũ tulit qui ⁊ vtile ⁊ dulce ſcripſit quoniā prodeſſet ⁊ delectaret.

Punctim. aduerbium ſignificat per punctionem inſictioneſq; gladij. ſiue pungendo.

Pungo. is. pupugi vel punxi. punctum non ſolum deferro: ſed de quacunq; alia re d̃r. Uar. Admota aſpis cuz pupugerit ſi nō occidat ſciat ex pſillorũ eſſe ſtirpe. Hiero. ad Marcellaz Nudius tertius de beate memorie lea aliqua dixeramus. illico pupugit animum. Huius cōpoſita ſunt Cōpungo. qō ē

totũ pungo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

totum pungo ferio ſeu ſigno. Ci.lib.ij.of.Ad eā expepulis icu
biculū veniēs barbarū ⁊ eū q̄dē vt ſcriptū ē cōpunctū notis
thraicis diſtricto gladio iubebat añ ire.i.ſignatū vł pcuſſum
vñ ſequit̃.O miſeꝝ q̄ ⁊ barbaꝝ ⁊ ſtigmaticū fideliorē puta-
ret q̄ꝫ ɔiugē.Expūgo foras mitto.Perſi.quē pximus heres
ī bello expūgā.Cornut⁹ pprie expūgā foras mittaꝫ. Tractū a
militib⁹ q̄ expūcti dr̄ dū e militia mittūt̃.Repūgo.de q̄ alibi.
Punio.is.iui.itū.Qđ ⁊ poenio:dr̄ q̄ſi pena afficio. Hinc īpuni-
tus nō punitus.Sal.Impunitos eos dimiſere.Impunitas.
Punicus.a.um.pe.cor.q̄ſi penicutia pennis q̄ a penitia detracta
aſpiratiōe.Uirg.Punica regna vides.Et punicus color:ſi-
ue puniceus:q̄ eſt coloris rubētis q̄ grece phenicos dr̄.Hor.
Puniceis iuecta roſis.Nā exuperantiā ruboriſqꝫ ſplendo-
rē teſte Hellio ſigt.Punica mala granata q̄ hoc cognomē ſi-
bi circa carthaginē vendicarunt vbi ⁊ multa ⁊ inſignia naſci
phibentur.Granata dñr a granis quibus ſunt referta.
Pupus.puer puulus tenerior.pupa puellula.Uar.Mām̄ā la-
ctātis ſuggētē paſcere pupū.Auſo.Barbara q̄ latias vincis
alūna pupas.Mar.Pupā ſe dicit gellia cū ſit anus.Et a ſiſi
tudine pupa quoqꝫ puula puellaris imago dr̄.Uar.in origo
Itaqꝫ breui tpe magna ps ī deſideriū pupaꝝ ⁊ ſigilloꝝ venie
bat.Moris āt fuit veteꝝ puellarū puula q̄dā puellaria ſimu
lachra ex linteo īſtruere:deīde tomēto īfarcire.tū veſtib⁹ ami-
cire.Has v̄gines pueritiā egreſſe.Ueneri tanq̄ꝫ virginitatis
ſue inſignia ɔdonabāt:vt fauſtū futurū matrimoniū cederet
vñ Perſi.Dicite pontifices in ſancto qui faciat aurū:Nem-
pe hoc quod veneri donate a virgine pupe.
Pupulus ⁊ pupula diminutiua a pupus ⁊ pupa.Catul.Depre-
hendi modo pupulum puelle.
Pupillus ſiſr.a pupus deriuat̃ pro īpube qui deſijt eſſe in p̃ris
ptāte:vel morte vel emācipatōe.Hiero.Pupillus dr̄ qui nō
hȝ patrē.Orphanus qui nec patrē habet nec matrem.
Pupilla.a pupa dimi.ſicut ⁊ pullus p mare.Et pupilla ps oculi
pua imedia cornea ſita in q̄ vis ſpeculi reddit̃.Et ſic ē dimi.
a pupula.Ouid.Suſpicor ⁊ fama ē oculis quoqꝫ pupula du-
plex.⁊ Ply.lib.xj.ſcribit abſolutam vim ſpeculi in oculis vt
parua illa pupula totam imaginē reddat hoīs.
Pupula.Uide in dictione pupilla.
Pupulum:vrbs eſt a latere meridionalis ſardinie.
Puppes.⁊ puppis:vtroqꝫ modo dr̄ pro naui.Ouid.depon.Dū
mea puppis erat valida fundata carina.
Purpuriſſum color factitius quo genas obliniūt mulieres por
phyra a grecis a noſtris purpura hinc porphyriacus purpu
reus.Ouid.⁊ porphyriacis figerem labra genis.
Purgo.as.mūdo q̄ſi purē ago.Hoc eſt educo.Col.lib.iij.Itaqꝫ
cauatū foramē cū purgauerimus vndiqꝫ adraſos ſurculos
īſerimus.Ter.i adel.Piſces ceteros purgadromo:congruū
iuſtū maximū in aq̄ ſinito ludere pauliſp.Per tranſlationeꝫ
purgare ſigt excuſare.Idē in eu.Sꝫ heus tu purgen ego me
de iſtac thaidi q̄ eā me amare ſuſpicata eſt.Purgari rōnes
dīr q̄ decidunt̃ ſupflua aut obſtātia collocatiōe facta acce
pti ⁊ expēſi.Hui⁹ vbi cōpoſita ſūt.Depurgo.Expurgo pfecte
mūdo:ſeu palā excuſo.Col.li.ij.Cū rurſus amplior meſſis p
uenerit q̄cq̄d exteret̃ capiſterio:expurgandū erit.Idē lib.v.
Delaballa ɔuenit expurgari q̄cq̄d emortuū eſt:deīde falce ra
di viuoten⁹.Ter.i ecy.Qđ me accuſat nūc vir ſum ex̄ noxaꝫ
ſꝫ nō facile expurgari ita aīum īduxerūt ſocrus oēs eē iniq̄s
Perpurgo valde purgo.Cato de re ruſ.Aluum mouebit et
poſtridie perpurgabit ſine periculo.Repurgo rurſus purgo
Lac.lib.iiij.Pollutos ⁊ aſperſos maculis repurgabit.
Purgamē ſeu purgamētū ſordes que ex re aliqua īmunda ⁊ lu
rida tergit̃ ⁊ repurgat̃.Grece pipſima dr̄.Col.li.j.Sterquili
nia quoqꝫ duo ſint.Unū qđ noua purgamenta recipiat ⁊ in
annū cōſeruet:⁊ alterū ex quo vetera vehantur.
Purus.a.um.mūdū ſine ſorde.Hinc pura veſtimēta a veterib⁹
dicebant̃ q̄ ſacerdotes ad ſacrificia ſumebāt.i.nō obſita nō
fucata:nō maculā hñtia.Et pure lautū qđ aq̄ pura lotū erat
Et purū aurū qđ expurgatū coctūqꝫ eēt.Ulp.Purū locum
eſſe diffinit q̄ nec ſanctus nec ſacer nec religioſus eſt.Huius
ɔtrium eſt.Impurus qđ mō ſordidū ɔtinuatūqꝫ ſigt.Ci.quā
multis illū īgenuis:q̄ꝫ multis matribus familias in illa terra
atqꝫ īpura legatiōe vim attuliſſe exiſtimatis:Mō improbū
Terē.mei loci atqꝫ ordinis hoīem haud impurum.
Puritas:⁊ mundiciā:⁊ in auē ſimplicitatē ſigt.Cuius cōtrariū
eſt impuritas:turpitudo ſeu improbitas.
Puro.as.puꝝ facio:q̄ſi putē exho:a quo deputo.pe.pro.Uñ de
putatū dicimus mundatū.Supputo de quo loco ſuo.
Purulentus.a.um.qđ eſt ſanie plenum.
Purpura piſcis ex ɔchaꝝ gñe.annis ſeptēnis viuēs.Cōgregat̃
verno tpe:mutuoqꝫ attritu lentorē quēdā veluti cere emittit
Sꝫ nobilē illū ſuccū ad tingēdas veſtes ī medijs faucib⁹ hꝫ.
Reliquo tpe fere ſterilis cū vita ſuccū emittit:⁊ iđ viuas ca-
pere opꝫ.Hic purpure⁹ color dr̄:q̄ nigricantis roſe ſplendore
ſublucet ceteroꝝ oīum coloꝝ gratiſſimus ⁊ tingēdis veſtib⁹
maxīe expetitus.Hic purpuree veſtes dicte ſūt tyrie:a loco
vbi purpura ſit.Purpureus tñ niger color eſt p̄cipue de ma
ri qđ ex altitudine nigrū accipimus.Uirg.lib.iiij.ge.In ma-
re purpureū violētior īfluit amnis.Inde purpuraſcit:purpu
reū ſit.Ci.lib.ij.aca.Quid mare nōne ceruleū:aut eius vnda
cū ē pulſa remis purpuraſcit:Amb.Quid igit̃ deſcribā pur
puraſcētes violas:cādida lilia:rutilātes roſas:Sciēdū āt ē.
vt Uictru.inq̄t purpura p ſolis ppinq̄tate colorē hꝫ.Et puni
ceū q̄dē pcreat aphrica.i.q̄ſi violaceū colorē.Tyros autē ru-
beū.Purpura in viole colorē tēdēs violacea dr̄.Cor.nepos
me iuuene violacra purpura vigebat.Accipit̃ qñqꝫ purpu-
reus p pulchro.Uirgil.⁊ p purpureo penas dat ſcylla capil
lo.Purpura a pelago pelagia appellatur.
Purpureus.a.um.qđ eſt totū ex pura.Purpuratus purpurata
purpuratū qđ eſt purpura ornatū.Uñ purpurati legūt̃ hi q̄
apud p̄ncipes dignitate anteirent.Cic.li.j.tuſ.Iſtis q̄ſo inq̄t
iſta horribilia minitare purpuratis tuis.Hiero.ad Saluinā
Deīde purpuratoꝝ ppinquus ſocius ɔſobrinus hiſdē cū am
bobus ſtudijs eruditus nō ē īflatus in ſuperbiā:nec ceteros
hoīes adducta fronte ɔtēpſit.Inuenit̃ tñ qñqꝫ purpureus p
purpurato.Hor.lib.j.car.Et purpurei metuunt tyranni.
Purpurarius.a.um.qđ ad purpurā ptinet:vt officina purpura
ria ī q̄ purpura ſit.Ply.alteꝝ gñs ei⁹ ē ī purpurarijs officinis
Purpuriſſum.gñs coloris factitij quo vtunt̃ pictores:⁊ cū pur
puris pariter tingit̃.Ply.lib.xxxv.E reliq̄s coloribus quos
a dñis dari diximus pp magnitudinē p̃tij añ oēs eſt purpu-
riſſum e creta argētaria cū purpuris pariter tingitur.
Purpuriſſa color q̄ bombici mixtus mł̄ꝝ genas tingit.
Purpuriſſo.as.purpuriſſa inficio.Plau.ī tru.Iſtas buccas tā
belle purpuriſſatas habes.
Pus puris.gñis ~~maſ.~~ ſanies eſt ⁊ quicunqꝫ humor in putredi-
nem verſus.Hinc purulentus.a.um.quod eſt ſanie plenum
Hiero.ad oceanum.Quotiens lauit purulentam vlnerū ſa-
niem q̄ꝫ alius aſpicere non audebat.
Puſio:paruus puer.Ueteres enī puſum ⁊ puſam pro puero et
puella vſurpabant.Ci.pro Celio.Et pp nocturnos quoſdaꝫ
manes metu tecū ſemper puſio cum maiore ſorore cubitauit
Capitur tamen fere ſemper pro maſculo ſcorto.
Puſtula eſt ſpēs occulte vomice:ſiue tuberculū in ſūmitate cu-
tis naſcēs Mar.Feruida ne trito tibi pollice puſtula ſurgat
exornet docilē garrula plectra lyram.Greci puſtulas vocant
phlyctenas quarū tria ſunt gñā.Exanthemata que Ply.eru
ptiones pituite:aliq̄ñ papulas vocat.Pſydracion paulo du
rius eſt:ac ſubalbidū ⁊ acutum.Epynictis puſtula ſub liui-
dū modice humeſcens ⁊ plana ſanguinis in tibijs ⁊ pedibus
fere noctu maxime infeſtans a quo nomen.
Puſtulatū argentū a puſtulis dr̄ q̄ in argēto celato in aſpredinē
quādā exciſe viſunt̃ ſicut puſtule in corpore oriuntur ſiles
illis puſtulis que ex vertita vel ſudore naſcuntur.
Puſula eſt tumefactio illa leuis q̄ in coquēdo pane ſolet aſſur
gere q̄ꝫ Feſtus hetan quoqꝫ vocari ſcribit q̄ p re nullius p̃
tij ponit̃.Puſula ēt morbi:gñs qui alio noīe dr̄ ſacer ignis.
Col.li.viij.Eſt ēt īſanabilis ſacer ignis q̄ꝫ puſulā vocāt pa-
ſtores.Hinc puſuloſus:q̄ eo morbo laborat.Ideꝫ ibi.Uiuā

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pecudem que fuerit puſtuloſa reſupinam obruamus.

Puſillus. diminutiuū eſt a puſio. ideſt paruulus: a quo fit aliḋ diminutiuum puſillulus.

Puſillanimis: qui eſt puſilli animi: quem greci Micropſychon dicunt a quo puſillanimitas.

Puteal: p̄torís tribunal vel ſubſellium ḋr. Hora. Forum Putealq̄ libonis mandabo ſiccis. Perſi. Si putealq̄ multa cautus vibice flagellas. Et puteal: que cooperitur puteus.

Puteus. qui perpetuas hꝫ aquas vt docet Aug. ⁊ de viuo fonte manantes. Dictus ꝙ feteat dum cauatur. Ciſterna eſt que refrigerat: aquas ſuas externas ⁊ aduentitias poſſidet. Huius diminutiuum eſt puteolus.

Puteolus ciuitas cāpanie ab aque calide putore dicta: vt inq̄t Feſtus: lꝫ alij putent a multitudine puteoꝝ earūdem aquaꝝ: grā factoꝝ. Hec ēt vocata eſt Dicearchia a iuſtia adminiſtrationis ⁊ gubernatiōis: a ſamijs cōdita vt voluit Euſe. eo tp̄e quo Tarq̄nij a bruto ſunt expulſi. Hinc fit puteolanus. a. um Ci. Termo. Cluuius puteolanus valde me obſeruat.

Puteanus. a. um. qḋ ex puteo eſt. Unde aquā puteanā dicimus Ply. lib. xiiij. Deinde quantū expreſſere adijciunt vinaceis aque puteane vt ⁊ ſecundarium paſſion faciant.

Putealis ⁊ hoc puteale eiuſdem ſignificationis. Ouid. Ut quo dux penis merſit putealibus vndis.

Putearius. qui puteos fodit. Ply. Depreſſis puteis ſulphurata vel alluminoſa occurrentia putearios necant.

Putor. fetor.

Puteo. es. putui. feteo. ⁊ mali odoris ſum: producitq̄ primā ſyllabam. Hora. Putet aper rhombuſq̄ recens. Perſius. Nec inuideas ꝙ multa fidelia putet in locuplete penul. Hinc puteſco: mali odoris fio.

Putidus. a. um. pe. cor. ⁊ putulētus. a. um. qḋ ē mali odoris. Ci. putidas ac pecunioſas aures. Nonius. Putidum nō ſolū ab ore fetido ⁊ graui ꝙ naribus ꝓbet̄: ſꝫ ēt qḋ auribus triſte iſuaue auſterū rācidū putidū dici poſſe auctoritas vetuſtatis admiſit. Hinc putidiuſculus diminutiuū Ci. Ceſari. Sumus enī putidiuſculi q̄ꝫ parte vix licet: verū vt video licebit.

Putris ⁊ hoc putre qḋ eſt corruptū aere ſolutū. Uirg. li. xj. Quadrupedū putrē. curſu quatit vngula campū. Idē lib. j. ge. Et zephyro putris ſe gleba reſoluit. Sup quo Ser. Putris gleba ſolubilis. Col. lib. ij. Idē pinguis ac putris: q̄r cū plurimū reddat: minimū poſcit. Et qḋ poſtulat exiguo labore: atq̄ꝫ īpenſa conficit̄. Hinc putridus. a. um. ⁊ putredo. is.

Putreo. es. marceo ⁊ in purem ſoluor. Pacu. Quanquā annis ⁊ etate hoc corpus putret.

Putreſco. is. putridus fio. Col. lib. ij. Ut herbaꝝ culmis ceteriſq̄ rebus īmixta putreſcāt: qḋ vernacula lingua dicim⁹ maſrare. Idē in eodē. Totū ſtercilimū raſtris ꝑmiſceri opꝫ: quo facilius putreſcat ⁊ ſit aruis idoneū. Huius cōpoſita ſūt. Cōputreſco. Hiero. in exo. Et computreſcēt aque. Imputreſco intus reſoluor. Col. lib. vij. Nam animal ipſum oleo merſuꝫ necatur: ⁊ cum imputruit conteritur.

Putrefacio. reſoluo. Col. lib. iiij. Per apertā vitis medullam nimius humor trahit̄: idemq̄ꝫ truncū cauat. vñ formicis alijſq̄ aīalibus q̄ putrefaciūt crura vitiū latebre prebentur.

Putiſco. putidus. vel mali odoris fio. Cice. lib. v. de fini. Non inſcite illud dictum videatur: inſuaue animum illi pecudi datum pro ſale ne putiſceret.

Puticuli ſunt appellati a puteis: ꝙ ſibi cadauera in puteis obruerentur: vel ab eo quod in his corpora puteſcerent. Rome vltra exquilias fuit locus publicus dictus puticuli: quoniam illic erat cōmune ſepulchrum miſere plebi.

Puto. as. ꝓprie ſigt̄ falſa ſupflua ⁊ īfructifera ex q̄cunq̄ re a veris ⁊ fertilibus reſeco ⁊ purgo: ⁊ depuro. Hinc putari arbores dñr. Col. li. ij. Neq̄ arent: neq̄ vitē aut arborē putēt. vñ arboꝝ purgatores putatores dñr. Et putari rō ḋr̄ q̄ ſnīa pura fit. Hic factū ē: vt putare ꝓ cogitare ⁊ ꝯſiderare capiat̄ Cogitādo enī reſecamus mēte q̄ falſa aut inutilia ſūt: ⁊ qḋ veꝝ ac bonū ē: huic cogitādo heremus. Uñ putare rē ḋr qḋ ē diſputare de re: ⁊ declarare q̄d res ipſa velit. Ter. Mitto maledicta oīa: rē ipſaꝫ putemus. Interdū ſumit̄ putare ꝓ colligere ꝯferre. Plau. in aul. Putat̄ rō cū argētario. Interdum aptare. Titi. Da pēſaꝫ lanā q̄ nō reddet tp̄i putatā rete facite vt multet̄ malo. Interdū eſtimare iudicare. Ter. in an. Recte putas. Amb. Subrepūt ēt fabule frequēter de ſeculo ac voluptatib⁹: claudere aures nō potes. ꝓhibere putat̄ ſupbie i. attribuit̄ ſi caſus dtī ē: vel eſtimat̄ ſi gtī. Cōpoſita ſūt. Amputo a quo ꝑamputo. Cōputo. deputo. diſputo. exputo. Imputo qḋ eſt q̄ſi ītus annumero cōpēſo. Hiero. in liui. Si plures fuerit anni q̄ remanēt vſq̄ ad iubileū ſcḋm hos reddet ꝑtiū ſi pauci ponēt rōnē cū eo iuſta annoꝝ numerū ⁊ reddet emptori ꝙ reliquū eſt annoꝝ q̄bus vitez ſeruiuit mercedib⁹ īputatis. Et īputare eſt ad ſcribere attribuere ⁊ culpaꝫ dare. Idē in ꝓlo. Thob. Arguunt enī nos hebreoꝝ ſtudia ⁊ īputāt nobis ꝯ ſuū canonē latinis auribus iſta trāſferre. Aug. qḋ ꝑſtat vētri īputat pietati. Imputatus vo. a. um. ꝓ nō amputato ſumit̄. Interputo in mediū puto. Col. li. iij. Roſam fructibus ac ſurculis diſponi ꝑſuſculos pedales ꝯuenit per idē tp̄s quo ⁊ viola: ſꝫ oībus annis fodiañ kal̄. martias ⁊ īterputari opꝫ. Hoc mō annis multis ꝑennat. Opputo circūputo. Ply. li. xvij. Opputat̄ aūt q̄cq̄d ꝓrimo tulit fructū. Perpetuo: ꝑfecte puto: declaro: ⁊ vti dici doꝫ ꝓſero. Plau. in caſ. Nūc operā date: vt ego argūi hoc vobis plane ꝑputeꝫ. Reputo: rurſus ſeu ſepe puto retracto: qḋ dicim⁹ cogito ⁊ recogito ſeu multū ꝯſidero: ac mecū voluo. Lac. Cogitāti mihi: ⁊ aio meo ſepe reputāti ꝑorē illū gñis humani ſtatutū ⁊ mirū pariter ⁊ idignū videri ſolet. Sal. Cū ſnīas nōnulloꝝ ipſe mecū reputo Liui. li. j. Qui ſis: non vñ natus ſis reputa. i. bñ ꝯſidera. Et reputare ē cōputare. Ulp. Itē ſumptus litis tutor reputabit: ⁊ viatica ſi ex offō neceſſarie habuit aliquo exire vel proficiſci Supputo: calculo numero. Hier. ī ꝓl. li. R. Quō igit̄ viginti duo elemēta ſūt ꝑ q̄ ſcribim⁹ hebraice oē qḋ loq̄mur ⁊ eoruꝫ inicijs vox humana cōprehēdit̄: ita viginti duo volumina ſupputant̄ q̄bus lr̄is ⁊ exordijs ī dei doctrina tenera adhuc ⁊ lactens viri iuſti eruditur infantia. i. numerantur. Idem ſalomonis quoq̄ in fine. prouerbia eiuſdē alphabetis vel inciſionibus ſupputant̄. i. ꝯſcribunt̄: vel exprimunt̄. Aliq̄ñ ſupputare examinare idem ad helio. edificaturus turrim futuri operis ſumptus ſupputa. Et oīa habent pe. cor.

Putamen rerum purgamentū. Nā quicq̄d ex aliq̄ re ꝓijcit̄ putamen appellat̄. Plau. ī capi. Nucleū amiſi reliq̄ pignori putamina. Cypria. Imperitus eſt medicus qui tumētes vulnerū ſinus manu parcente ꝯtrectat ⁊ in altis receſſibus viſcerū virus incluſum dū ſeruat exaggerat. Aperiendū vulnus eſt ⁊ ſecandā ⁊ putaminibus amputatis medela fortiore curandum. Uociferet ⁊ clamat lꝫ ⁊ conqueratur eger impatiens ꝑ dolorem: gratias agit poſtmodū cū ſenſerit ſanitatem.

Putus. a. um. idem quod purus. Unde putum argentum. i. purgatum. Iuue. Pauca lꝫ partes argenti vaſcula puti.

Putitius. pro ſtulto a Plau. ponitur.

P ante y

Pyctas. greci vocāt pugiles. Lāpri. in helio. Gladiatores añ cōuiuiū pugnātes ſibi ⁊ pyctas frequēter exhibuit. Hinc pyctale ꝓ certamīe. Ser. Pyctale certamē appellat pugnā ceſtuuꝫ Hinc Col. lib. ix. Gallinaceū ī certaminibus galloꝝ pugnaceꝫ pycten vocat. Nō rixoſarū auiū laniſte cui⁹ plerunq̄ totum patrimoniū pignus alee victor gallinaceus pyctes abſtulit.

Pyga dictio greca: ſigt̄ extremā partē tā anteriorē q̄ꝫ poſteriorē. Hic ē ꝙ ⁊ mēbrū ⁊ nates ſigt̄. Trūci enī extremū vtrunq̄ eſt. A quo fit verbū πουζω. Uñ apud Mar. Uetus legit̄ epigrāmatis inſcriptio: philopygiſta q̄ voces pluribus v̄bis aperiende non ſunt ab eo qui ſe religioni dicauerit.

Pygarg⁹. caprea q̄dā ſylueſtris nō diſſimilis damis. Ply. li. x. ꝓ quodā aq̄laꝝ gñe accipit̄. Scḋi gñis inq̄t pygargus in oppidis ⁊ in cāpis albicāte cauda: ex πυγη nates ⁊ αργος album. Sūt qui putent eē herodioꝝ genus q̄ ales adeo coitui infeſta eſt: vt cum vir cū muliere coire velit acri dolore oculorū vtrinq̄ꝫ ſoluant̄ ac morientiū pene ſimiles habeant.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN